00121

Relatio Obsidionis Brunensis in Moravia Aº 1645.

Mense Majo.

3ª Die. post Meridiem venerunt Hostes antecessores, Avanguardiam vocant, progressi è Kumerowitz in Zabrdowitz, et retrò templũ S. Wenceslai. Exiverunt nri Equites, et plateas circumjacentes exusserunt.

4. Exercitus reliquus ad eadem loca divisus processit, eã tñ fallaciã, ut pecora, currus, Equites iidem saepius redirent, numerumq augerent spectantibus. Sub vesperũ tormenta 28 et mortaria 4. cum impedimentis prope pagum Cartusiae locavit, alij in alios pagos divisi; qui Carthusiae proximi castra metati sunt, ex Arce tormentis salutati.

5. grassati per Campos: nocte posuerunt ad finem piscinae Senatorũ corbes, et à medio aggere per totum Collegij hortum virgulta colligata pro fossa collocarunt.

6. Centies prope jaculatus è Torm: in Civitem, damnũ tñ inde sequutũ nõ adeo grave, eo qd Cives oiũ tectorũ deposuerunt scandulas, et ea quae facile ignem concipere pont. Tubicen ab hoste missus ad Senatũ, petijt Civitem: Comendans respondit jam nullos esse Senatores, sed milites, clavisq restituit literas, minatus mortem nisi q primũ se à porta proripiat.

7. Circa horam 9. exiverunt nri, corbes positos prostraverunt, et ex hostibus quatuor adduxerunt captivos, aliquos et. mactarunt, nostrorum nemo desideratus, etsi plurimi tormentorũ ictus reboarent utrinq. Post hoc in Arce militi cuidam abstulit brachiũ: nam 61. jaculatus è in Arcem è tormẽ grandia saxa è mortario injecit. Nocte et. nostri granatos globos et lapides vicissim ejecere. nocte Corbes positos propugnaculũ versus S. Thomae promovit.

8. Dum Comendans Mensae in Collegio accumberet, duobus globis non aedificij murum tetigit, globos P. Procurator Comendanti ad mensam attulit: toto die arcem et Civitem tormentis impetivit: quaedam faemina intra muros Civit. tecta occubuit, et infans laesus. Supremus Copiarũ pedestriũ Mortani fuit apud propugnaculũ S. Thomae, quem Comendante ordinante Studiosi selopis impetiverunt, sed fugã sibi consuluit.

9. Exiverunt nri, sed re infectã redierunt: hostis in Arcem lapides in copia sparsit, infantem occidit. apud S. Thomam septem Suecorũ occisi. Hac die monasteriũ S. Thomae diruere coeperunt. Tympanista missus ad arcem, selopis salutatur, atq ita nõ admittitur. Nocte ad finem novae plateae duo tormenta locavit.

10. Circa horam 8. noviẽs circiter è Torm. jaculatus, lapides et sparsit, d. absq damno. Circa horam 12 injecit granatos globos et igneos in universum 15. Unus cecidit in Puchhaus, et duos perfregit fornices, supitq laterales hypocausti muros; alius cecidit in domũ Dominae Valsteio. Fregit portam et fenestram; tertius granat. cecidit ad aream Collegij prope Seminarij portam, et vitulũ occidit: alius Dº Smeltero gallinam. Captus è et. miles Suedicus et octo Equi. Tormenti ictu tectus Kopi Sued. Supremus in fine piscinae dirigente Comendante torm. Nocte sub tubis et tympana in moenibus sonebat nihil.

11. Exiverunt nostri, et post congressũ duos Suedicos adduxerunt: nocte verò unus è nostris trajectus sat potus in simili congressu. Nocte 50. circiter Sueci è suis fossis prorumperunt in operarios hostes sub propugnaculo S. Thomae: sed repulsi sunt, aliquot suorũ desideratis.

12. Ante meridiem injecit granatos, unus domũ prope Cemeteriũ S. Jacobi destruxit, et adjuncta nocuit: alius prope Curiam D. Karsseli hypocaustũ destruxit; nemo tñ laesus. A prandio nr praefectus Cuniculorũ in propugnaculo S. Thomae trajectus secũ oculũ: sub vesperum equites exierunt, d. sine effectu: nocte Officialis nr in Arce dum granatos in hostem projicit, occidit, alteri utraq per ictu torment ablatas.

SLUB
Wir führen Wissen.